

lescit, & cicatrix robori impacta simul,
 in cœlum accrescit, ac à prætereunti-
 bus velint nolint conspicitur ; ita ipsi
 ex alius famæ monumentorumque ru-
 ina, immortalitatem se consecuturos
 certò persuasum habent. Miserum
 profecto genus hominum ! Est camen
 hæc inveterata, & ad nostra etiam
 tempora propagata labes. In incenso
 Dianæ templo, vel in vītis Ephesiis vi-
 vit, non sine dedecore tamen *Herestatus*.
 in Homero *Thersites* & *Zoilus* : in Vir-
 gilio & Horatio *Mevius* ; in Catullo
Suffenus, in Theophrasto *Storium Leon-*
tium. Taceo illos qui in *Cartesij*, *Sylvij*,
Virorumq; innumerorum aliorum
 toto orbe celeberrimorum Gloria re-
 fringenda, propriæ gloriolæ spem va-
 nam collocatam habuerunt.

Ego quidem, Vir Amplissime, et-
 si non ignoro, quam non sim cum sum-
 mis ejusmodi jam memoratis viris
 ulla ratione comparandus, fortunam
 tamen habeo cum illis communem, de
 quo mihi ex animo gratulor. Prodiit
 enim è latebris velu in lucem publi-